



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

2. Demissas preces &c. Litteræ in forma Brevis ad universos Fratres  
Ordinis Prædicatorum Professores adversus Calumnias Doctrinæ SS.  
Augustini & Thomæ intentatas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nou autem per clausulas generales idem importantes mentio, sc̄i quāvis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem praeferentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialet, & exp̄s̄e derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides Transumptorum.

Die 13. Maii  
1723. P. A.  
secundo.Confirmat  
ut in rubr.Mandatum  
pro Execu-  
tione.Clausula su-  
bata & de-  
cretum irri-  
tans.

tores, ac ipsius S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quolibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis altero judicandi, & interpretandi facultate, & Auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Innocentius Prædecessor in Litteris suis præsertis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeat, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Maii 1723. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, tametsi præmissa à memorato Innocentio Prædecessore maturò, ac saluberrimo fuerint constituta, & ordinata Confilio, illa nihilominus, nec dum plenaria executioni, ut pat era, demandata fuerint, neque proinde optatos fructus usque quaque proferre valuerint; Hinc est, quod Nos probè considerantes, nihil magis alios ad veram Pietatem, & Dei Cultum assidue instruere, & excitare, quam eorum vitam, & exemplum, qui se Divino Ministerio dedicarunt, facileque fieri posse, ut Populus in via Domini prosperet, & feliciter progrediatur, si Clerus illi prælueat, ac suavem in eo Sanctioris Disciplina, bonorumque Operum odorem diffundat, ac propterè eorumdem præmissorum ad hunc tam pium, & salutarem finem tendentium subsistentia, ac paratae executioni, sublati quibusvis impedimentis, quantum cum Domino possumus, Pastorali nostra cura, & sollicitudine consilere cupientes, præsertas Innocentii Prædecessoris Litteras, & quæcumque in eis constituta, ordinata, sancta, decreta, & declarata, ac alijs quomodo libet contenta, & expressa, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit, innovamus, & de novo constituimus, ordinamus, sancimus, decernimus, & declaramus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Nec non tam Dilecto Filio nostro, & Sedis præfata in Regnis Hispaniarum Nuncio nunc, & pro tempore existenti, quoad ea, quæ ad ipsum, ejusque Tribunal pertinent, quam Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Locorum Ordinariis, & Superioribus, ac etiam Dilectis Filiis utrique Clero Seculari, & Regulari corundem Regionum distritte, ac sub intermissione Divini Judicii Auctoritate prefata harum Serie præcipimus, & mandamus, ut illa omnia, & singula omni mora, dilatione, & cunctatione sublata, debita Obedientia exequantur, & accurate, ac exactè servent, facientes respectivè illa ab iis, ad quos spectat, & quandocumque spectabit in futurum eadem Auctoritate omnimoda executioni demandati, & inviolabiliter observari.

§. 4. Decernentes pariter, ita in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palatii Apostolici Audi-

tores, ac ipsius S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quolibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis altero judicandi, & interpretandi facultate, & Auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Innocentius Prædecessor in Litteris suis præsertis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio.

Præsentium publicatio innotescit personalis vim habet.

§. 6. Ut autem eadem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilis devinant, volumus illas, seu earum Exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicae Principis Apostolorum, nec non Cancellariae Apostolicae, Curiae generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Flora de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illa concernunt, perinde arctari, & afficere, ac si uniuersique eorum nominatim, & personaliter intimatae fuissent.

§. 7. Utque ipsarum Litterarum transsumptis, seu Exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeat, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1724. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Transsumptorū fidēs.

D. 23. Sep-  
tembris  
1724. P. A.  
primo.

F. Card. Oliverius.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Indictione secunda, die vero Prima Octobris, Pontificatus SS. D. N. D. BENEDICTI, Divina Providentia Papa XIII. Anno Primo, supra dicta Litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Principis Apostolorum, S. Joannis in Laterano, & S. Maria Majoris, prout similiiter ad valvas Cancellariae Apostolicae, & Magna Curia Innocentiana, & in acie Campi Flora, aliisque locis solitis, & consuetis Urbis, dimissis copiis, ut moris est, per Nos Franciscum Baldum, & Dominicum de Martinis Apostolicos Cariores.

Joannes del Rè Mag. Curi.

Publicatio.

I.I.

Litteræ in forma Brevis ad universos Fratres Ordinis Prædicatorum Professores adversus Calumnias Doctrinæ SS. Augustini & Thomæ intentatas.

Rome MDCCXXIV.

Dilecti filiis universis Fratribus Ordinis Prædicatorum Professoribus.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecti Filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

D Emissas preces, & æquissimas conquestiones vestras, quas dilectus filius Augu-

stinus

stus Pipia totius ordinis Magister Generalis Religiose vita exemplis, ac doctrina prudenter commendatissimus, supplici libello ad Nos detulit, ea benignitate complexi sumus, quam & vestra in Catholicam Religionem amplissima merita, & Nostra, quam dudum professi sumus erga ordinem Predicorum obseruantia filialis. Nostraeque deum humilitati impositum paterna caritatis, & sollicitudinis officium postulabant. Quod igitur xgrē admordum, ut per est molēste ferari erroribus à fel. rec. Clemente Papa XI. Prædecessore Nostro per Constitutionem, qua incipit *UNIGENITUS DEI FILIUS*, saluberrimo, & sapientissimo iudicio rejectis damnatisque Augustinianis & Angelicæ Doctrinæ nomen obtendi, indeque audeque andere nonnullos Apostolicas auctoritati, ac vestra exstimationi detrahere, quod ipsi vestiarum sententiarum capita ejus Constitutionis censuris, notisque iniusta esse calumniantur; Justam quidem animorum vestrorum confessionem laudi damus; qua nimur vos germanos S. Thomæ discipulos maxime probatis. Magisterio enim tanti Doctoris imbutos nihil decet magis, quam ut in additissima huic Sanctæ Sedis Fide obediensque præcipuum studiorum suorum fructum, & laudem collocent; & abfonas refragantesque Apostolicis Decretis opiniones non aversentur modis, sed per armam etiam lucis, & veritatis dissipent, & evertant. Tantum tamen abest ut vicem vestram doleamus, ut vobis potius gratulemur, quod hac etiam in parte cauli vestra ab hujus Sanctæ Sedis rationibus sejuncta esse non potuerit; quodque aliena proflus calumniosæque interpretationes ad constandam memoratae Constitutioni invidiam temere excogitata ad injuriarum quoque veltri nominis redundarint. Ceterum non adeò vobis erat, aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipsis Divinorum librotum oraculis, & Apostolicis definitionibus pro impotenti, affirmatoque partium studio passim vis afferatur, hac eadem contentione pervicacieque licentia Angelicam Doctrinam attentare non dubitaverit. Illud potius jure mirandum, quod tam propostero consilio in hac causa locus esse potuerit, ubi Sancti Thomæ exploratissimis sententiis, damnati errores disertissime confutantur. Quandoquidem omnipotentis Dei providentia factum est (a), ut Angelica Doctoris vi, ac veritate Doctrinæ, non solum innumera, qua vel ipsius etate, vel antea gratae sunt, sed multe etiam deinceps exorta sunt hæreses, confusa, & convicta dissiparentur. Magno igitur animo contentiente Dilecti filii, calumnias intentatas sententiis vestris de gratia præsentim per se, & ab intrisco effaci, ac de gratuita prædestinatione ad gloriam sine ulla prævisione meritorum, quas laudabiliter haec tenus docuisti, & quas ab ipsis SS. Doctoribus Augustino, & Thoma se hauiisse, & verbo Dei summorumque Pontificum, & Conciliorum Decretis & Patrum dictis confonas esse scholi vestra, commendabili studio gloriatitur. Cum igitu bonis, & rectis corde fatis constet, ipisque calumniatores, nisi dolor loqui velint fatus perspiciant SS. Augustini, & Thomæ (b) inconcussa, tutissimaque cognata nullis profus antedicta constitutionis censuris esse perficiata, ne quis impostorum eo nomine calumnias struere, & dissensiones ferere audeat, sub Canonicis penitètate inhibemus. Pergite porrò Doctoris vestris opera sole clariora sine ullo profus errore (c) conscripta, quibus Ecclesiam Christi mira eruditio clarificavit (d) inoffenso pede decurrere, ac per certissimam illam (e) Christianæ Doctrinæ regulam facio Sanctæ Religionis veri-

tatem incorruptaque disciplinæ sanctitatem queri, ac vindicare. Hæc sunt enim Dilecti filii quæ Praedecessores Nostri de Sancti Thomæ doctrina senserunt, & prædicarunt; queque Nos non modis ad curarum vestiarum lenimentum, sed ad animi quoque Nostri solitum libertissimè usurpamus, & præconio Apostolicæ vocis efférimus. Inclitus enim ordo iste cui nomen dedimus, & quem expresse, Domino miserante, professi sumus eodem Angelicæ doctrinæ lacte. Nos aluit, ac licet impari institutionis fructu, ad gerendam Ecclesiærum sollicitudinem eduxit; ut privato etiam diuturnoque calendarum artium experimento ediscere potuerimus, quod ex Apostolatus specula per hasce Litteras annunciamus. Deum interea, qui pacem, & veritatem diligendam præcipit, supplices rogat, ut sincero Angelici Doctoris studio, omnes in simplicitate cordis nitantur, quæ ille docuit, intellectu conspicere, atque in unitate spiritus, & caritate fraternali quæ ille egit imitatione completere. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam benedictionem per amorem imperitum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 6. Novembris 1724. Pontificatus Nostri anno primo.

Carolus Archiepiscopus Emissenus.

(a) Pius V. in Bulla Mirabilis Deus 1567.  
(b) Alexander VII. in Brevi incipiente Litteras 1660.  
(c) Clemens VIII. in Brevi incipiente Dilecti Filii 1603.  
(d) In Collecta fest.  
(e) Pius V. in Bulla ut supra.

## CONSTITUTIO

III.

Qua locorum Ordinarii Italie, Insularumque adjacentium districte mandatur, ut Seminario rum erectionem sedulè promoveant, eorumque honestæ subventioni provideant Taxa, & subsidiaria respectivæ unione Beneficiorum juxta modum à Sacro Tridentino Concilio præscriptum; ac insuper nova instituunt Congregatio Seminariorum nuncupanda, quæ recto illorum regimini, & administrationi præsideat, cum aliis ordinationibus, & clausulis, ac derogationibus opportunis.

## BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam  
rei memoriam

CREDITÆ Nobis cœlitus dispensationis Officium salubriter exequi, adjuvante Domino, fatigantes, ad ea mentem, curasque Nostras libenter convertimus, per quæ sedulè Clericorum institutioni opportune prospicitur. Ubi enim illi à teneris annis, seu plantæ novelle, benigniori culturæ educentur, Litterarumque scientiam in Seminariis accuratè informantur, cum postea ad laboriosa Ecclesiastica Ministeria in Viam Dominicam transplantantur, Ecclesiarum regimini, populorumque fatus maximè fructuosos, ac utiles esse diuturna plurimorum annorum experientia satis comperatum habemus.

Exordium à suis pro sedula Clericorum Institutione curis:

f. 1. Cura